



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 12. Emendatus Plinij locus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

148 M. ANTONII MURETI
esse dixisset: *Harum, inquit, aduentu fugari diram ita*
ac minacem, appellatam Helenam ferunt. Solinus quoque cùm exposuisset multa mala, quæ menstruum mulierum efficeret crux: *Habet, inquit, planè id solumentum,*
quod auerit fidus Helena perniciosissimum nautibus. Papinius quoque idem de illis fulgoribus sentire ostendit hoc versu:

— cum iam damnata sororia

Igne Therapnae fugerunt carbasa fratres.

Quinetiam Franciscus Vicomercatus Aristotelis Meteorologica exponens, & cur Castor ac Pollux salutares essent, & cur diri omnis Helena, causas, vim eiusmodi re, satis probabiles reddidit. At Euripides tamen in Oreste salutarem eam nautis esse pronunciavit. Ita enim de ea Apollinem loquentem facit.

Zūv Θεον, ζευν νιν αρετον χρεων.

Κάστει τε, Πολυδόκει τ' ερ αιθέρ θεον χρεων.

Σωδαν οεσαι, ναυτίνοις σωθειοι.

Emendatus Plinij locus

CAP. XII.

R EDUNDARE videtur vox, voluptibus, apud Plinium libro x i i i i . vbi de natura vini agitur, cùm enim vulgo ita legatur, *Prorsus ut iure dici posse que viribus corporis utilius aliud, neque aliud voluptibus perniciosius, si modus abstinet: melior videtur fore sententia si ea, quam dixi, vox deleatur.* hoc enim dicit: immo dico vino maximè debilitati corporis vires, quod dicit Lucilius dixerat his versibus:

Scito etenim bene longinquum mortalib[us] morbum
In vino esse, vbi qui inuitauit dapsilius se.

Ep. Theognis:

Οἶνον πνόουεν οὐ πελὺς κακός. Λού δέ πεπάντες
Πίνει οπίσαμενος, εκ κακοῦ, ἀλλ' οἰαθός.

EPI.

Et Panyasis:

Δεῖν Οὐρανοῖς δεῖν πάτερ δύρωντειστε,
Πηλεὺς οὐχί μέτεον, νεόμυτερος ἢ χειρίων.
sed & libri testimoniorum pleni sunt, & exemplorum
plena vita. illud tamen, *voluptatibus*, quod nos ex-
pungendum esse credimus, & Hermolaus, & Politia-
nus agnoscent.

Emendatus versus quidam Horatianus.

CAPUT XIII.

HORATII versi hi sunt è libro Odarum tertio,

Testū mearum centimarus gigas

Sententiarum notus, & integra

Tentator Orion Diane

Virginea domitus sagitta.

Eamq. scripturam veteres Grammatici comprobant:
qui etiam centimanum gigantem Briareum accipiunt.
ego autem in quibusdam non contemnendae auctoritatis libris scriptum reperio, non *gigas*, sed *Gyges*. &
sanè de Gyge illud etiam apud Ouid. legere memini:

Sphyngāς, & Harpyias, serpentipedesq; gigantes,

Centimanumq; Gygen, semibouemq; virum.

Hesiodus quoque Cæli & Terræ filios facit Cottum,
Briareum, & Gygen, centenis singulos manibus, quin-
quagenis capitibus metuendos:

Ἄλλοι δ' αὖ γάινοι τε καὶ φεγγοῦ εἶσθε πότε

Τεῖς πάδες μεγάλοι καὶ δύμενοι, ἐπένομαστοι,

Χείλι οὐ πειρατέως τοι, Γύγης δὲ φερίφατα τέκνα.

Τὸν ἔργον μὲν χεῖρες αἵτινες ὄμματα στοιαστοι

Απλασοι, καφαλαὶ δὲ ἐκάστῳ πεντήκοντα

Ἐξ ὄμμων ἐπέθουνον.

Sed & iampridem admonui, scriptum esse in quibus-
dam veteribus libris, Gyas: meq. de eo amplius qua-

K 3

rendum

Murez

Lectione

LIII

25